



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatus Perutilis

Gilbertus <Tornacensis>

Coloniae, 1571

VD16 G 2034

Cap. XII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41678

TRACTAT. 29

dum reparavit: sed cum fides Christi enituit, pia Christianorum devotio per totum mundum Christo ecclesias consecravit. Diebus autem octo festum illud extenditur; quia tot diebus à Salomone festum dedicationis explebatur. Unde legitur, quòd Salomon octo diebus celebrabat dedicationem. Ibi conveniunt fideles, ut orationes suas fundant domino, & effectum reportent, sicut signatũ in oratione Salomonis iam fundato templo.

CAP. XII.

ANtequam Ecclesia consecratur, vigiliae fiunt in ipsa nocte in honore sanctorum, quorum reliquiae ibi condendae sunt: de quarum vigiliarum sciendum, quòd earum antiqua fuit institutio. Esaias dicit: Anima mea desideravit te in nocte, &c. quae sequuntur. Dicit & Propheta David: Media nocte sur-

De vigilijs quae fiunt in nocte antequam Ecclesia dedecetur. Esa. 26.

Psal. 118.

B. 7 gabam.

gebam ad confitendum tibi, &c.

Exod. 12.

Hoc namq; tempore vastator angelus transiens Aegyptiorum primogenita cōsumpsit: & hoc tempore se

Luc. 12.

venturū dominus repromittit. Beati ergo illi, quos, cūm venerit, vigilantes inuenerit, nisi fortè propter

incertitudinem vocet tempus ipsius noctem. Qua enim hora nescimus,

Dei filius est venturus, sed siue sic,

siue sic, siue serò, siue media nocte,

siue galli cantu, siue manè venerit.

Beatus, qui vigilauerit. Ad hoc

Actor.

pertinet quod Iesus in nocte pernoctabat in oratione. Sic Paulus &

Sylas in custodia positi carceris orationibus vacantes, soluti sunt à vin-

culis, concussis carceris fundamen-

tis. Erubescant igitur Heretici, qui

dicti sunt Nictizantes, quos latine

somniculosos dicimus, qui, ut singu-

la quaeq; locū teneant sortita decen-

ter, de die asserunt vigilandum, &

de no-

de no-

de nocte dormiendum, & non vigi-
landum, ne iura temeretur diuina:
qui noctem ad requiem sicut diem
constituit ad laborē. Sed cū ex phan-
tasmatum suorū erubescencia mens
eorū efficiatur ebria, & suppetat eis
somnia materia, impletur in eis il-
lud, id est, ad Thessalonicenses: Qui Theff. 1.
dormiunt, nocte dormiunt; & qui e-
brii sunt, nocte ebrii sunt. Igitur fra-
tres, non dormiamus sicut & ipsi, sed
vigilemus & sobrii simus. Nō enim
sumus filij noctis & tenebrarum,
sed filij lucis.

CAP. XIII.

Prosequenda sunt breuiter ea,
quæ ab Episcopo in dedicatio-
nibus geruntur, ut eorum visis sig-
nationibus spiritualis sensus aliquis
habeatur. Notandū ergo, qd̄ ea quæ
in Ecclesia fiūt visibiliter, in anima
Deus operatur inuisibiliter, quæ ve-
rè Dei tēplum est, sicut scriptū est,

Mysticè
exponit
ea, quæ
ab Episco-
po in de-
dicatio-
nibus ge-
runtur:
latiusq;
prosequi-
tur singu-
la.

Tem-
la.